



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

V. Johann und Gebhard von Plote, Gebrüder, schenken dem Kloster Arendsee 42 Hufen Landes bei Netzeband, am 2. Mai 1232.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

quam futuris in noticiam venire cupimus, quod nos clauſtro beate Marie uirginis in Arneſſe uillam Wargutin cum omni iure et cum omnibus ſuis attinentiis, capturam piſcium in dimidio Stagno influenti aque, que Pena uocatur, tam in agris, quam in ſiluſis, de fluuio Zuziza uſque in ſiluum quercinam infra Malekin et Wargutin uſque ad foſſata, que voſgroven nominantur, libere contulimus, ſicut contulerant Kazimarus necnon filius eius Wartizlaus. Verum quia de facto hoc poſteritati noſtre nullum uolumus relinquere dubium, preſentem paginam conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes hii aderant clerici: dominus Godefridus, dominus Theodericus, magiſter Reynnerus; layci: Heinricus dapifer, Jordanus, Baroldus. Acta ſunt hec anno gratie M^o. CC^o. XIX^o., indictione ſexta. Datum Guſtrowe, XII^o. kal. Julii.

Kiſch, Urfunden zur Geſchichte des Geſchlechts Hahn, I, S. 3. Haſſelbach, Koſegarten und v. Medem, Cod. Pom. Dipl. I, 308.

V. Johann und Gebhard von Plote, Gebrüder, ſchenken dem Kloſter Arendſee 42 Hufen Landes bei Negeband, am 2. Mai 1232.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Notum ſit uniuerſis tam futuri quam preſentis temporis fidelibus, quicumque preſentem paginam perſpexerint, quod nos Johannes et Geuerhardus, fratres de Plote, eccleſie in arnſſe ad ſuſtentacionem Monialium XLII manſos cum omni iure contulimus tam in paſcuſis quam in agris et paludibus et aquis et ſiluſis, preſentibus hijs: domino Johanne aduocato de Kyrifs, Teoderico de Bertekow et fratre eius Frederico, Gherardo de Rube, Ottone, Rodolfo, Arnolde, caſtrenſibus in Wuſterhuſen, et pluribus fide dignis. Ne igitur heredum noſtrorum hanc donacionem, quam ratam eſſe uolumus, queat infringere, priuilegium dedimus, quod ſigilli noſtri impreſſione corroborauimus. Iſti manſi iacent inter nyzzebant et dominum Abbatem de Dunemunde ſuper Timanize fluuium. Datum in Wuſterhuſe, Anno inc. dom. M^o. CC^o. XXXII^o. VI^o. Nonas Maj.

Aus Seidel's handschriftl. Urfunden-Sammlung.

VI. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto, ſo wie das Kloſter Arendſee, diſponiren über die Beſitzungen, womit der Propſt Ludolph einen Altar daſelbſt ausgeſtattet hat, am 26. März 1283.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto, Albertus et Otto, fratres, Marchiones Brandenburgens. Gerburgis prioriſſa totuſque conuentus monaſterii in Arnſe omnibus hanc literam uisuris recognoſcimus proteſtantes, quod dominus Ludolphus, prepoſitus in Arnſe et in Sehufen, edificauit altare in eccleſia Arnſe in honorem dei omnipotentis et ſancte genitricis ſue uirginis Marie et ſancti Thome apoſtoli pro remedio anime ſue et